tum me quidem ut eos tunc sistere competeret.
paucis cum eis locutus in crastinum ipse
viros distuli. et ideo mentiti sunt qui tibi
dixerant duplici illos animo contra machi-
nari. Nam et litteras quas tibi missas manu
habebant ego recepi. et ecce ipsas quas
cum audieris si clandestini assunt videbis.
Et aperire sigillum recludere iussus ipsi id
nam sancti galli semifacies erat in manu
dabat. Quod ille sollicite intuitus. Filii
mei pauperis domini ymaginem ait esse
putavi. Sed tu quidem quid littere velint
insinua. Hec verba. Summe post deum
maiestatis dominis meis regum et nu-
burckardus abbas semivivus. Dominis meis
et senio fine mihi vite in ianuis hñtibus
ne pastor oves pro filios improvisos
relinquam. domini mei privilegium gracie
vestre me sollicitavit. Misi itaque vobis
fiducia vestri hominis dilectum meum michi
adhuc vivo sufficiendum avicis virtutum
optimis moribus assuefactum sancto gallo
ut confido vobisque placiturum. Misi autem
vobis et testes ter meos ter tres idone-
os qui eum coram vobis fercula mea reddita
et indulgentiam mihi petita singuli eligant.
Valeat regnum vestrum et imperium in domino
dominorum Amen. Perlecta epistola otto
eam patri et mei fidus interpres saxo-
nice reponens insinuavit. et ut petita
facerent amore eius quem post hec vi-
sum iri non sint sollicite rogavit. Et ekkehardus
Meminere vos domini notkeri media-
tor eius qui eligendus est avunculi. Sed et ekkehardi
vestri quem eum misi idoneus esset vobis dirigi
numquam consentiret. Tandem post verba multa
otto pater cras ait diluculo appareat in
conspectu meo ut illo cum ceteris viso
decernam quid faciam. Et otto filius homo
inquit videt in facie deus in corde. Neque
enim ille ita ait ut magister meus est aspecta-
bilis neque ut sandratus vir se exhibet
despectibilis. Et ille utinam fili mi ait
omnes monachi mei sandrati animum gererent.
At ille monitu ekkehardi ne patrem
commoveret conticuit. Sicque pater colloquium
diremit. Ekkehardus autem notularum peritissimus
pene omnia hec eisdem notavit in tabula versibus
quibus otto suus postea ut ipse nobis retulit
multum delectatus est sibi relictis. cum ipse
preter notulas nichil viderit in tabula. At

ekkehardus suos ubi hospitabatur continuo petiit.
Optimeque spei fore ottonis sui eos verbis
monuit. Cumque abeo si sui apud reges men-
tio aliqua fuerit quererent. Magna ait
si mihi dicere liceat. Sacramentum enim regis
celare honorificum est. Sed hoc tamen vobis
pandere audeo quia sollicitum apud patrem
filium habuistis interpretem. Venturi enim
estis in conspectum patris diluculo ipsius edicto.
Sed eius hore et articuli fortunam commi-
ttere habemus deo. Demum illi pariter
nocte muniti in aula matutinum. patre
cum filio iam laudes quam ekkehardus semper circa
egerat audientibus. At paltzone loci episcopo
presbitero recitante ekkehardus ostium pandit ut vi-
deat si assint. Cumque eos conspiceret restans
paulisper ottoni significavit. Pater autem eum
egredi volentem clamide retinuit paucumque
subrisit. Et ille Numquam oculi perspicaciores
leo mihi erat quam tu. Cumque ita et de leone
legitur. Ekkehardus ait quia oculis apertis dormit.
Et palzo Unde sponsus ait ecclesie. Ego dor-
mio et cor meum vigilat. Sed domine pie
foris te expectant qui talia dormientes
melius quam nos vigilantes sciant. Unde tu
illos ait nosti. Quare illos ait non sciam
inter quos nutritus et quam optima scio sum
doctus. Et ille scio ait quia pauper et medicus
quondam circuiens terram peram paupertatis
tue medicando farciebas. Non ego ait.
Sed quod illi dabant in infirmis ponebam.
Tandem ille tribulis egressus cum ottone
duce cum eis offendisset assistente archi-
dens ei bonum animum habere romanisce
dixit. Deum et eos salvere ait. Ille et
archimis cum ipsis gratias egit. Dominus
vos primus ordine si loqui liceret quesivit.
Confidenter otto filius ait. Abbas meus domini
invalidus multum in nobis sed et in domina
nostra confisus nos ad pietatem vestram
transmisit et gratias regnum vobis optans
sempiternum et imperium. Causam autem
adventus mei quo litteris abeo mandatam
attulimus nos forsitan oportet ut in-
terim dum legantur sileamus. Iratum otto
pater ait molimina audivi sed eum dum vivit
deponere nescio si possit decere. Et cum
imbertus ipsius regibus accederes. At nos domine
modum forsitan optimum scimus quo vos
deceat efficere quem pater meus et nos eius iussu
postulamus. Sit ille dominus meus omni tempore quo
vivit. Quem subrogari sibi vult. nichil

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 207r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/207r)